Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35458
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



laus mea in eccl̃ia magna: vota me-
a reddam in conspectu timentium
eum. Edent pauperes et saturabũt
et laudabunt dn̄m qui requirũt
eum: viuent corda eorum in secu-
lum scl̃i. Reminiscentur et con-
uertentur ad deum: vniuersi fines
terre. Et adorabunt in conspectu
eius: vniuerse familie gentium.
Quoniã dn̄i est regnum: et ipse
dn̄abitur gentium. Manducaue
runt et adorauerunt omnes pingues
terre: in conspectu eius cadent om-
nes qui descendũt in terram. Et
anima mea illi viuet: et semen
meũ seruiet ipsi. Annunciabit
dn̄o generatio ventura: et annun-
ciabunt celi iusticiam eius popu-
lo qui nascetur quem fecit dn̄s.
℣. In pace factus est locus eius. Et.
Pater nr̄. Aue m̄. ℣. In pace factus
est l'e. Et habitatio eius in sion: